



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

De Natiuitate S. Ioannis Baptistæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

Postquam verò annis septem illud sacrarum virginum collegium rexisset, vita sanctissime perfundita in ligneo locello sepulta est. Successerat autem ei in Abbatissa ministerium Sexburga soror eius Canconberti regis Cantuariorum quondam coniunx: quæ post decem annorum decursum, quo corpus eius tumulo illatum fuerat, voluit ossa eius celebriori loco sepulturae honorare. Cumque aperto tumulo sacrum sanctissime virginis corpus in lucem prolatum esset, ita incorruptum apparuit ac si eodem plane die vitali spiritu destitutum esset. Neque corpus modò sed ipsa quoque linteamina quibus inuolutum erat ita ab omni putredine & corruptione aliena inuenta sunt, ut ipso die viderentur castis eius membris esse circumdata.

Post multos annos corpus defuncte incorruptum.

Porro quod maiorem admirationem habet, quodque sanctitatis eius opinionem maximè auget, eorundem indumentorum tactu daemonia ab oblectis corporibus fugata sunt, & varij corporis languores pulsati: prorsus, ut multi certatim ad loculum eius confluerent qui optata sanitatis remedia post preces Deo oblatas reportabant.

Miracula ad vestes & loculum eius.

DE NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTAE
ex R. P. Ludouico Granatensi.

¶ Vm Ecclesia in festis Sanctorum non dies quibus in hanc vitam ingressi sunt, sed quibus in alteram demigrarunt solenni ritu honorare solita sit, eosque natales eorum appellare, inquisitione dignum esse videtur, cur Ecclesia maiori solennitate diem hunc celebret, quo Iohannes in hanc vitam infinitis pauperum miseris curisque refectam editus, quam illum in quo per gloriosam mortem

ad

24. Iunij.

Cur Ecclesia natiuitatem S. Iohannis celebret & aliorum sanctorum non item.

ad immortalem & beatam vitam foeliciffimè e-
renatus. Ad quod responderetur, Ecclesiam in Iohannis festo non illud inspexisse, quod illi commo-
dius & gloriofius fuit sed quod vniuerso orbi salu-
tarius & iucundius erat. At Iohannis natiuitas
Christi natiuitatem, cuius ipse præcurfor erat,
mundo nuntiavit: quo nuntio nihil mundo fausti-
us: que foelicius poterat nunciari. Hac igitur de
causa (vt B. Maximus ait) rectiffimè toto hodie or-
be Christi Ecclesia Iohannis primordia lætiffima
festiuitate concelebrat, qui æterna mortalibus ad-
esse gaudia stupenti mundo testis fideliffimus re-
uelauit. Quid enim salutarius aut iucundius an-
nunciari mundo potuit, quàm quod is conspecto
saluatore dixit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis pec-
cata mundi? Qua ergo deuotione eius festum cele-
brare par est, qui Agni cælestis aduentum (vt idem
Maximus ait) post sacram Virginem & primus ag-
nouit & solus ostendit? Hoc enim vno verbo
malorum omnium remedium & bonorum omni-
um cumulum mundo allatum esse testatus est.

**Præconia S.
Iohannis.**

**Malach. 3.
Matth. 11.**

Inter omnes autem præcurforis laudes non pos-
trema illa est, quod Prophetas, quod Angelos,
quod Euangelistas, quod ipsum Dominum meruit
habere laudatorem. Prophetæ illum appellant
Angelum; Angeli magnum coram Domino præ-
dicant. Christus Dominus maximum inter natos
mulierum testatur. Euangelistæ verò gesta eius
& mirabilem vitæ sanctitatem sacris literis com-
mendarunt. Et quidem prima præcurforis laus
est, quod à iustis parentibus sit prognatus. Adulter-
inæ namque plantationes non dabunt radices al-
tas, nec stabile fundamentum collocabunt. Ab
iniquo enim thoro semen exterminabitur. Foeliciter
itaque

Itaque Iohannes parentum meritis sed foelicio-
suis.

*Nam genus & proavos (vt ait ille) & que non fe-
cimur ipsi*

Qui. 13. Met.

Vix ea nostra voco.

Secunda verò laus in qua beatissimus præcur-
sor eluxit numeratur illa quòd Iohannis nomen ei in-
ditum fuerit (quod gratiam significat, & diuinæ
gratiæ magnitudinem quæ in illum conferenda e-
rat, declarat) cum autem duplex gratiæ genus Theo-
logi definiant, alteram operantem, alteram coope-
rantem: hoc est, qua Deus nos ob immensam boni-
tatem suam ante omne meritum gratuito præuenit
(qualis est eorum gratia qui in vtero sanctifican-
tur) alteram, qua ab eo excitati & adiuti nos cum
illo & ille nobiscum operatur, Ioannes utroq; gra-
tiæ genere mirum in modum excelluit. Nam & ma-
gna atq; miranda illi dona ante omne meritum col-
lata sunt, & magna atque admiranda idem diuina
gratia adiutus, operatus est. Fuit enim Spiritu san-
cto in vtero matris repletus & in gratia confirma-
tus, ita vt lethaliter peccare non poterat: & nihil-
ominus innocentissimum corpus suum tanta aspe-
ritate maceravit, vt in tenera ætate quæ ad eremiti-
cæ vitæ labores perferendos imbecillior erat, soli-
tudinem petierit. Quo quid admirabilius quod pa-
ter, qui propter ætatis infirmitatem plurimum rerum
adminiculis fulciendus atq; sustentandus erat, de-
serti solitudinem atq; extremam rerum omnium
inopiam elegerit. Profecto homo, quem natura in-
ermem, nudum & rerum omnium inopem genuit, ani-
mal politicum & sociale à Deo creatum est, vt mul-
terum artibus & officijs, quod inopi natura deest,

*Ioannes grā
tia significat*

*Duplex gra-
tia.*

*Asperitas offi-
cii ipsius.*

suppleretur. At Iohannes puerulus teneris sub annis, omnibus corporis huius necessitatibus despectis, in vastam & remi solitudinem se abdidit: & admiranda vitæ asperitate sanctissimam carnem suam afflixit, Erat enim (vt ait Euangelista) vestitus camelorum pilis & zona pellicea circa lumbos eius, locustis, herbarum & radicibus quæ ignis vsu, nec vlla conditura egebant, melleque siluestri vitabat.

Locustæ & melle siluestre quid sit vide Baron. T. 6. l. 1.

Prædicatio eius admiranda.

Confessio peccatorum

Humilitas

Neque tamen solitudinis spiritu contentus sibi conqueuit, sed ab eremo, in qua à pueritia hominibus incognitus manserat imperio Domini tandem egressus multos filiorum Israel miro vitæ exemplo & doctrinæ tonitru conuertit. Vique adeo enim omnium in se oculos animosque rapuit, vt ad illum omnium ordinum homines certatim confluerent, adeo vt milites etiam Publicani & Pharisæi, hoc est, profigitissimum hominum genus, ad eum venirent confitentes peccata sua, & ab eo querentes, quid sibi factò opus esset, vt à ventura ira, & inextinguibili igne, quem Iohannes improbis præco non verbis solum, sed multo magis ipso corporis cultu & incredibili vitæ austeritate prædicabat. Hac enim docendi ratione dormientes, in peccatis homines excitauit, & ad salutis suæ curam agenda extimulauit. His etiam adde admirabilem veri concionatoris fortitudinem, qua sic noster Iohannes animatus erat, vt non modò Pharisæos, qui religionis nomine insignes habebantur, genimina viperarum appellaret, sed Herodem quoque regem, non per parabolas, vt olim Natham propheta, cum Dauid egit, sed aperta increpatione argueret dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

Non

Non enim ad fulgorem purpure obstupescere, neque sceptrum regiamque dignitatem verebatur. Non personam spectabat, sed culpam, quæ eum ex rege tyrannum & supplicio dignum fecerat. Ideoque tanquam mortis reum adeo constanter & liberè arguebat ut ne periculo quidem capitis deterreri poterit, quo minus adulterij crimen si acriter exprobraret. Quam eius constantiam Dominus in Evangelio commendat, cum ad populum dixit: Quid exiitis in desertum videre? Arundinem vento agitatum? Non est (ait Guericus Abbas) Ioannes arundo deserti, sed cedrus paradisi, sed columna cæli, gloria generis humani, miraculum mundi, virtute & merito ultra mensuram hominum, conlitione citra naturam angelorum.

Hoc autem postremo loco vel maxime in Ioanne consideratione dignum est, quod cum diuina bonitas tot tantisque virtutum charismatibus Ioannis animam ornauerit, lógè tamen dissimilem corporis eius curam gesserit. Quæ enim oratio explicare poterit, quibus virtutum ornamentis, quibus celestium donorum opibus animum eius ab ipsis materni vteri præcordijs ad extremum usque vitæ nem Spiritus sanctus excolendâ atque illustrandam curauerit? At corporis vitam quam vili præcio transiit passus est? Saltauit enim puella, cuius saltationi aut aliquo obsonio satisfieri poterat, attamen humani obsonij loco, sanctissimi viri caput ipsi donatum. Quis non iure miretur tantam rei indignitatem, cum audiat eum, qui vincula peccatorum soluit, vinculis peccatorum alligari, ut vincula venia, locus veniæ non relinquatur. Herodes facit adulterum, & Iohannes in carcerem mittitur. Herodes cum sua adultera epulatur, & nefandis peccatorum

torum sordibus se contaminat; Iohannes vero sanctissimum corpus incredibili abstinentia macerat & omni contortione laborat, ut miserum regem ab animæ peste & interitu sempiterno liberet, & tamen saltatrici & adulteræ filia libidini per summum scelus permittitur.

**Prudentia
Iustorum.**

Sed hæc est vera illa iustorum prudentia ad quam Iohannes, teste angelo, incredulos traducturus erat: nimirum ut quid animæ nostræ dignitati, quid corporis vilitati debeamus agnoscere utriusque curam pro dignitate geramus. Quisquis igitur ad Iohannis foelicitatem & gloriam aspirat, is hoc mortalitatis corpore neglecto & in seruitutem spiritus redacto totum studium suum in anima sua cunctis virtutum & gratiarum opibus excolenda ponat.

BREVIS VITA S. SIMPLICII EPISCOPI Augustodunensis ex Gregorio Turonensi Floruit temporibus Constantij Imper. Interfuit, vna cum S. Seruatio Con. illo Agrippinensi celebrato populi consulatam Amantij & Albini anno Domini. 346.

**24. Iunij.
Simplicius
continenter
vixit cum v-
xore virgine**

Decedente Egemone beatus Simplicius non minus nobilibus quam diuitibus ortus natalibus, nobilissime coniugi sociarus Augustodunensi præponitur Ecclesiæ. Accepto igitur pontificatus ordine, beata soror, quæ non libidine sed castitate viro sanctissimo coniuncta fuerat, primo quidem moleste ferebat, se à thoro pontificis submoueri, existimans virum sanctum alterius alicuius mulierculæ amoribus implicitum propriam despiciere coniugem. Cumque die quodam clanculum explorare vellet quid episcopus in cubiculo ager-